



A P P E N D I X I I .

F O R M A ,

Q V A E L I G E N T E S P E R  
S C R V T A T O R E S A D I V R A N T V R .

§ . X X I .

**N**os N, N. scrutatores ex potestate nobis per  
Capitulum concessa adjuramus te per Pa-  
trem, Filium & Spiritum S. ut semotis quibuscun-  
que favoribus, odiis & rancoribus, secundum De-  
um & conscientiam tuam in illum votum tuum di-  
rigas, & illum in Prælatum Ecclesiæ nunc vacantis  
nomines, quem in spiritualibus & temporalibus  
reputaveris utiliolem. Tradit hanc formulam  
*Speculat. tit. de elect. X. c. constitutis 2. X. de Appel-  
lation.*

*ALIA JURANDI FORMA.*

Frater dilectissime, quemadmodum boni o-  
peris fructum sibi comparavit is, qui rectum & in-  
corruptum tenet judicium in eligendo aliquem  
Prælatum vel Pontificem; ita quoque gravi se-  
metipsum afficit damno, qui ad dignitatis summæ  
collegium promovet indignum, *c. miramur. Dist.*  
*67.* Ideo Deum præ oculis habe, cujus hic causa  
G 2 agitur,